Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26099
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dormiebat. Clauum scientie scribe & pharisei tulerant.
nec ipsi introeuntes. nec eos q uolebant introire permitten
tes. Ergo puer samuhel dormiebat. & sermo dni erat
preciosus. i. rarus. Rarus enim & pene nullus erat. qui sermo
nem dni uolentib audire loqueret. Si uenit dns & stetit.
& uocauit samuhelem. excitauit dormientem. Qndo uenit
dns & stetit. in qndo de celis ds descendit. ut factus homo
staret p nobis. Tunc uocauit samuhelem. tunc pphetiam
excitauit sermonem hactenus dormientem. Excitauit inq puer
um suum. excitauit in puero precursore sermonem suum. in eo ui
det puero cum gloriose conantur. Tu puer pphetaq altissi
mi uocaberis. preibis enim ante faciem dni parare uias eius.
Tercio illum nescientem uocauit. prior q. ipso sacerdotum ue
teris minister Zacharias patrem eius uocationem illam intellexit.
Primo enim illum angls ex nomine nuntiauit. secdo ad sa
lutationem ovarie clausum adhuc in utero matris exulta
tione & gaudio concussit. tercio iam nato pos patris officium
sue precursionis edixit. tu infans pphetaq altissimi uoca
beris. & cetera. Igitur sacerdos heli destituendus puerum uo
cari a dno intellexit. qa sacer dos officium carnalis
Zacharias magni pphete uocationem ipso prior intel
lexit & enuntiauit. iustus qdem in sua psona ap dm &
hominem. si ei sacerdotum minister qd prius destituendum
esset sicut in isto sacerdote heli prefiguratum esse iam dictum & ad
huc dicendum est. .xiiii.
Quarto tandem iam sciens uocationem suam puer
samuhel. uenienti dno & uocanti sicut uocaue
rat secdo samuhel. samuhel. loquere ait dne
qa audit seruus tuus. Et dns. ecce inqit ego
faciam uerbum in israhel. qd quicq audierit. tinnient am